En redit alma dies, quae fert dulciſſima nobis
Gaudia, Pecheri reddens Natalia festa!
Nunc agite, o ſocii, nunc ostendamus amorem
Ac dignas memori promamus pectore grates
Solvita nunc ſolvenda, venite, et fundite vota
Castas forte preces, ad Coelum tollite palmas
O mihi ſi liceat Doctoris dicere laudes
Qui juvenum erudit animos per artes!
Tu quoque Pecheri Doctiſſime, quanta tulisti
Commoda diſcipulis, Tua qui praecepta ſequuntur.
Qui virtutis honos, quae ſit ſapientia vera,
Quae certo poſſint nostram amplificare ſalutem,
Monstras, ac mentes per doctas excolis artes
Pro meritis tantis dignas perſolvere grates
Non opis est nostrae, referent tibi Numina justa:
Sed tamen haud animis meritorum oblivia nostris
Tantorum venient dum ſpiritus hos reget artus
Vive diu felix, Deus et Tua vota ſecundet
Omnia! Vive Tuis, et nostro vive Lyceo!
Conſervet Dulces Cara cum Conjuge proles
Usque tibi Numen, pellatque pericula cuncta
Sic hunc ſaepe diem festum laetusque
reviſes.

J. D. Eydam.